



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Resolutiones Pastorales De Præceptis, Vitiis Capitalibus, Et De Sacramentis

Marchantius, Jacobus

Coloniæ Agrippinæ, 1655

III. De præcepto communionis

urn:nbn:de:hbz:466:1-41699

trajiciatur per nares attrahendo, quia ab intentione Ecclesiæ videtur id alienum, & indecens, sicut de Tabaco per nares attracto etiam dixi, quando ad stomachum descendit. Est enim tunc aliquid simile & æquivalens bibitioni vel comestioni. Et mens videtur Ecclesiæ esse, ut ob dignitatem Sacramenti primum illi locum in stomacho præparemus, nihil ab intrinseco in illud immittendo. In casu autem quo me citat Diana, ago de illo qui deglutit sanguinem, aut humorem capite in os defluentem, ubi nihil extrinseco in stomachum injicitur.

suprà Cas. 4. cap. 2 q. 3.

CAPUT III.

De præcepto communionis.

I. **Q**UAERO. *An sit præceptum communicandi in articulo mortis.*

Resp affirmativè, adultos tale præceptum sub peccato mortali obligare, si capaces sint; quamvis dispurent doctores, an tale præceptum sit de jure divino, vel humano. Quidam enim putant non esse de jure divino præceptum

ceptum, nisi semel in vita communi-
care, quod impleri potest extra arti-
culum mortis. Alii non solum semel
in vita, sed quoties periculum proba-
bile mortis occurrit, asserunt commu-
nicationem esse præcepti divini, & hæc
est communior sententia. Hinc resol-
vuntur Casus sequentes.

1. Non debere tunc negari amentis-
cos, qui aliquando usum rationis ha-
buerint, cum id potest fieri sine irre-
verentiæ periculo, puta sine periculo
vomitus, vel exspuitionis. Ratio est,
quia cum aliquando hi devotionem
habuerint, eâ virtute perdurare cen-
setur: & si non constet fuisse in pecca-
to mortali, cum in amentiam incide-
rent, præsumendi sunt boni & dispo-
sitissimi; maximè si antequam in phrene-
si aut amentiam inciderint, signa a-
mentis præcipui dederint. Perpetuò autem a-
mentibus non solet etiam tunc mini-
strari, quia nulla umquam in eis fuit
ad istud Sacramentum devotio.
2. Damnatis ad mortem etiam dan-
da est Communio. Unde consuetu-
do

do Hispanorum negantium reis inter
ficiendis Eucharistiã, sublata est ma-
tu proprio *Pii V.* cui lex regia accessit.
Dicitur tamen adhuc in partibus
consuetudo vigere, ut maleficis &
gis Communio non detur, licet poen-
teant Quæ etiam consuetudo non
detur bene fundata; cum omnis ve-
pœnitens jus habeat ad Eucharistiã
maximè in articulo mortis.

3. Energumenis si absque irre-
rentiæ periculo possint communio-
re, non est Eucharistia neganda.
communis.

4. Est difficilior, cujus resolutio-
nem apud nullum reperio. An ad-
tus à nativitate surdus & mutus
communicandus, saltem in articulo
mortis? Ratio dubitandi est, quia
les non videntur posse habere actu-
lem devotionem, cum nunquam fu-
rint instructi de hoc mysterio, ideo
fidem actualem illius non videntur
habere. Quomodo enim credent
audierint? Quomodo audient
Prædicante? Ex altera parte, ut

administratur, ratio militat, quia tales
 sunt baptisati, ideoque fidem habitua-
 lem habent per Baptismum infusam:
 & cum alios vident cum magna reve-
 rentia & devotione ad Sacramentum
 hoc accedentes & adorantes, conci-
 piunt ibi esse aliquod mysterium, &
 devotionem aliquam erga illud exte-
 rioribus demonstrant signis, immò &
 adorationem in hujus Sacramenti e-
 levatione exhibent. Experimentiâ id
 didici, in quadam surda & muta juris-
 dictioni meæ subdita, quæ in Missæ
 sacrificio elevatione manuum, pecto-
 ris tunctione, aliisque signis dum Sa-
 cramentum exhibetur, adorationem
 exhibet, & devotionem quam solent
 Fideles, & cum usu rationis perfectò
 polleat, absque dubio confusè myste-
 rium ibi aliquod latere percipit. Imò
 signis aliquibus quandoque licentiam
 petit, cum aliis ad hoc Sacramentum
 accedendi; quæ tamen ei indulta non
 fuit à Parochis ante me, ideoque nec
 hactenus id resolvi, cum difficile sit
 judicare de dispositione & sufficienti
 reve-

reverentia Sacramenti, nec ipsa Ec-
 clesiastico præcepto Communioni
 comprehendatur. Dubium tamen mi-
 hi est. An si existeret in periculo mor-
 tis ob divinum præceptum commu-
 nicandi semel in vita; non foret fides
 ejus, quantum potest fieri, signis ex-
 citanda; ut sic ei ministreretur tunc
 viaticum Eucharistia. Etenim cum
 Deus in necessariis non desit, videri
 speciali illustratione interiori, & spe-
 ciali gratiæ auxilio adjuvare tales
 actum fidei exercendum. Alioquin
 cum Theologorum sententia detur-
 niat, neminem ex adultis sine fide et
 plicita mysterii Trinitatis & Incarna-
 tionis salvari posse; sequeretur tale
 surdos & mutos excludi à salute, cum
 non possint de illis mysteriis sufficie-
 ter instrui, & per consequens nec ex-
 plicitam fidem elicere: nisi dicamus
 Deum speciali gratiâ, & lumine ad
 concurrere, & intellectum, voluntate
 temque elevare, ut tales pio affectu
 fidei sufficienter assentiantur; man-
 nem illis articulis qui dicuntur esse
 cessari
 ti, se
 lumem.
 axere,
 eret qu
 nam pr
 non ei c
 otius r
 er hon
 taq; su
 etur fa
 Comun
 etur re
 de illo e
 is lux
 amē na
 ia sup
 ciente
 2. Q
 muni
 urtis, te
 non i
 derum
 bitrio r
 afferun
 dum c
 cessari

cessarii non solum necessitate præce-
 pti, sed etiam necessitate medii ad sa-
 cramentum. Hinc etiam aliqui Theologi
 tenuerunt, quod si quis inter infideles fa-
 ceret quod in se est, nec haberet quæ-
 sitam pro instructione ad fidem, Deum
 non ei defuturum; sed extraordinario
 modo eum illustraturum, sive
 per homines, sive etiam per Angelos,
 ut sicut, si quis surdus & mutus à nativitate, vi-
 detur saltem in periculo mortis, posse
 à communione muniri, si aliquam judi-
 cetur reverentiam concipere: nec idē
 de illo est ac de pueris, cum discretio-
 nis lux in eo fulgeat, juvari que possit
 à naturali & perfici lumine, & gra-
 tia supernaturali ad dispositionē suf-
 ficientem speciali benignitate Dei.

2. *QUAERO. An qui aliâ occasione
 communicavit, si postea incidat articulus
 mortis, teneatur iterum?* Resp. negativē
 non interponatur notabile spatium
 alterum, quod quidem prudentis ar-
 bitrio relinquendum est; unde multi
 asserunt sufficere, si quis ante octi-
 dum communicarit, licet ignoraret

sibi imminere periculum mortis. Sic enim sufficienter censetur implevisse præceptum de communicando paulò ante mortem: quia unusquisque censetur habere intentionem saltem implicitam adimplendi omnem obligationem quam potest & decet, licet ea fortè ignoret, nisi contrariù explicet. Sic satisfacit præcepto Ecclesiæ qui diem festum ignorans, Missam audit.

3. *QUAERO. De præcepto communicationis in Paschate, sub qua pœna obliget, & quæ aetate obligare incipiat?* Quod primum adverto quosdam simpliciores Parochos existimare sub pœna excommunicationis obligare, sed errant. Nam Canon: *Omnis utriusq; sexus*, hanc solum pœnam adiicit, ut qui transgreditur, *vivens ab Ecclesiæ ingressu arcatur, & moriens Ecclesiastica careat sepultura*: quæ pœna ab excommunicatione differt, & doctis notum est. Tempus verò Paschale continet quindécim dies, à Dominica Palmarum, usque ad Dominicam in Albis; & ubi est consuetudo istud tempus extendit

di, id servare sufficit, sicut Mediolani,
& alibi, ab initio quadragesimæ dici-
tur inchoari. Istud etiam tempus à
Parocho certis de causis potest exten-
di, vel anticipari.

Quantum ad secundum, quo ætatis
anno obligatio oriatur, non potest in-
divisibiliter designari: sed in eo sequen-
dum est parentum & confessoriorum
iudicium. Dici tamen potest, morali-
ter loquendo, nec ante decennium fa-
cilè incipere, nec ultra annum deci-
mum quartum differri. Non statim
verò ac pueri attingunt ætatē, in qua
licitè possunt communicare, ad id ob-
ligantur. ut notant DD. sed post ali-
quod tempus, v. g. post unum vel alte-
rum annum. Ratio est, quia congruit
ut Ecclesia non obliget hic quamprimum
potest, tam pro majori reveren-
tia Sacramenti, quàm pro securitate
communicaturi; & hoc ipsum usus
Ecclesiæ approbat. Quare non sunt
hic audiendi recentiores nonnulli ci-
tati à Diana in Additionibus, res. 19. qui
volunt pueros mox à septennio obli-

gari ad communionem, eisq; dandam
 sicut & pœnitentiæ Sacramentū, quā-
 primum peccare possunt mortaliter.
 His illud Apostoli rememoro: *Si quis
 hac in re sententiosus esse velit, nos talem
 consuetudinem non habemus, nec Ecclesia
 Dei.* Ad silentium hic imponendum
 sufficere deberet, quod Rituale Roma-
 num jussu Pauli V. editum sic habeat:
*Illis propter ætatis imbecillitatem nondum
 hujus Sacramenti notitiam & gustum ha-
 bent, non debet ministrari.* Nota illud,
Notitiam & gustum; & vide an septen-
 nes pueri notitiam & gustum hujus
 Sacramenti ordinariè habeant.

4. **QUAERO.** *An per indignam com-
 munionem hoc præceptum impleatur?*
 Resp. affirmativè. Sicut & præcep-
 tum baptismi aut confirmationis im-
 pleretur etiam indignè suscipiendo.
 Ratio est, quia dum præcipitur actus
 aliquis, substantia ipsius actus ordi-
 nariè solet præcipi, nō autem modus
 & ita cum præcipimur suscipere Bap-
 tismum, aut Confirmationem, aut Eu-
 charistiam, licet intentio & finis præ-

cipi

TRACTATUS III. 435

cipientis sit ut dignè fiat ; tamen cum
 finis non cadat sub præceptum , & di-
 gnè sumere sit solum modus quidam,
 etiam sub præceptum cadere non cen-
 setur. Dico ordinariè, nam modus po-
 test esse essentialis ipsi actui , & tunc
 censetur cadere sub præceptum. Sic
 cum præcipitur oratio, censetur præ-
 cipi attentio quia est modus essentia-
 lis orationi : & cum præcipitur con-
 fessio, censetur præcipi ejus forma-
 lis integritas, quia est de essentia con-
 fessionis : at dispositio digna non est
 essentialis, vel Baptismo vel Commu-
 nioni, vel Confirmationi.

5. *QUAERO. An qui in Paschate trans-*
gressus est hoc præceptum, maneat liber
usque ad Pascha sequens ? Resp. 1. mul-
 torum esse probabilem affirmativam
 sententiam, quia etiam in aliis præ-
 ceptis hoc reperitur. Nam qui non
 audivit Missam in Dominica, non te-
 netur usque ad alteram Dominicam.
 Item qui non jejunavit in Quadrage-
 sima, non tenetur usque ad alteram

Quadragesimam. Resp. 2. contrarium probabilius videri, & in praxi securius esse Ratio est, quia lex de Communionem Paschali duas partes principales includit, una ut Communio non differatur ultra annum, altera ut habeat saltem tempore Paschatis, & utraque est principaliter intenta. Id ipsum exemplis similibus declaro: Si quis teneatur ad aliquid solvendum in Paschate, non ideo liberatur ab obligatione, si Pascha transierit. Item si Confessarius præceperit jejunare Feriâ sextâ, non ideo liberatur pœnitens à jejunio, si eo die non impleverit: quia Confessarii intentio principalis est, ut semel jejunet, dies autem Veneris ob congruentiam adjicitur. Sic ergo principalis Ecclesiæ intentio est, ut Communio annua fiat, dies autem Paschæ ob congruentiam designatus est, quo tempore si non impleatur, manet obligatio implendi postea.

6. *QUAERO. An Parochus teneatur ministrare Eucharistiam, quoties subditus petierit? Resp. teneri, quoties rationabiliter*

bliter petit: Quod enim dixerunt a-
 liqui non teneri, nisi quando ex præ-
 cepto tenetur communicare, parum
 probabile est: quia Parochus non so-
 lum alitur à subditis, ut ministret ne-
 cessaria, sed etiam multum utilia salu-
 ti. In hac re ergo videndum est, an
 iuxta statum suum, & Sacramenti re-
 verentiam, non nimium frequenter,
 aut importunè petant. Atque etiam
 ex parte Parochi excusatio rationabi-
 lis, & impedimentum potest occurre-
 re quandoque, ita ut non peccet; ma-
 ximè si coadjutores habet Sacellanos
 vel Religiosos, ad quos facilis est re-
 cursus. Caveat tamen in confessioni-
 bus audiendis, aut Communionem dan-
 da morosus esse: quia hæc sunt pascua,
 ad quæ oves tenetur manu ducere;
 tantum abest, ut ab eorum frequen-
 tatione, morositate suâ eas doceat
 abstrahere. V. in vita S. *Lyduinæ apud*
Suriem Parochum graviter reprehen-
 sum, quod ipsi ægrotae frequentem
 denegaret Communionem. Atque de
 agris in Rituali Romano sic habetur:

Si aeger sumpto Viatico dies aliquot vixerit, vel periculum mortis evaserit, & communicare voluerit, ejus pio desiderio Pastor non deerit.

QUAERO. An Parochus tempore pestis teneatur infectis Eucharistiam ministrare cum periculo vitae? Resp. duplicem hic esse opinionem. Quidam enim ab hac obligatione Parochum tunc liberant, inter quos *Rodriguez p. cap. 77. Tabiena, & alii.* Cui opinioni favere videntur omnes illi qui docent eum qui communicavit in Pestilente, si sine contemptu non communicet in periculo mortis, non peccare mortaliter. Inter quos est *Cajet. Sylv. Fumus, & alii V. Communio.* Atque omnes illi qui docent non nisi de praecepto Ecclesiastico tunc communicandum esse, huic opinioni facile subscriberent: quia praecepta Ecclesiastica cum periculo vitae non solent obligare, maximè cum Eucharistia non sit de salutis necessitate. Sed contrarium probabilius & tutius censeo. De qua re plura dicam.

cam in *Tractatu de Extrema Unctione.*

8. *QUAERO. An Parochus celebrans partem suae hostiae possit dare communicaturo?* Resp. hoc ordinariè fieri non debere. Ex rationabili tamen causa, si non sit alia hostia, & urgeatur quis communicare, potest dari. Ita Sylveste & alii.

CAPUT IV.

De celebratione Missae.

1. *QUAERO. An Sacerdos censura aliquà occultà implicatus, puta excommunicatione, possit celebrare?* Resp. si timeret infamiam vel scandalum ex omissione Sacri, potest; modò doleat de peccato, & proponat prima oportunitate petere absolutionem. Ratio est, quia non videtur Ecclesia cum tam gravi onere obligare ad censuræ observationem: nec tunc ergo fiet irregularis.

2. *QUAERO. An sit mortale peccatum celebrare ante matutinum recitatum?*

Resp. negativè, quia nec tale præceptum rigorosum obligans ad mortale reperitur, nec est ordo per se Divini Officii